



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. De iure Diuino Electionem Episcoporum ad Summum Pontificem pertinere probatur. Ex p. 10. tr. 1. res. etiam 1.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

TRACTATVS IX.
HISTORICO - THEOLOGICVS,
DE
PRISCO MORE
ELIGENDI EPISCOPOS,
contra quosdam Pseudo-Sorbonistas.

RESOLVTO PRIMA.

De iure diuino Electionem Episcoporum ad Summum Pontificem pertinere, probatur. Ex part. 10. tract. 1. Ref. etiam 1.

GERTVM est, quod de inter diuino electio Episcopi, neque ad Clericum, neque ad Populum, sed ad Romanum Pontificem spectat; cum enim inter grauissima Ecclesiae negotia, quae ad supremum Ecclesiae Uniuersalis Pastorem, iure diuino referri debent, Episcoporum electio censeatur, hinc perspicuum est, ad Romanum Pontificem, qui Ecclesiae Ordinarius est Pastor, Episcoporum electiones spectare; Soli enim Petro, non Clero, aut Populo à Christo dictum fuisse Pasce oves meas: atque eidem Ecclesiam commissam esse nouimus; ut inde colligeremus, eorum electionem, qui in partem sollicitudinis vocantur, ad ipsum quoque iure diuino pertinere: Itaque, quod Episcoporum electiones absque Romani Pontificis autoritate fieri nequeant, patet per communem illam Scripturarum, atque Ecclesia doctrinam, qua Petro, ac ipsius Successori Romano Pontifici, totius Ecclesiae administrationis summanam, à Christo collata esse non ignoramus: Quo fit, ut grauissima quaque Ecclesiae negotia, inter quae Epicoporum ordinationes collocari solet; absque Romano Pontifice peragi nequeant; ut testatur Alexander I. Epist. 1. his verbis: Relatum est ad bnius Sancte & Apostolicae Sedis Apicem, cui summarum dispositiones Causarum, & omnia negotia Ecclesiastica ab ipso Domino traditam sunt, quas ad Caput ipso dicente: Tu es Petrus, & super te. Quod etiam confirmat Concilium Nicenum 1. Can. 2. Id quoque praeclare affirmit Nicolaus I. Epist. ad Lotharium, in qua illum deterret, ne inconsulto Romano Pontifice Episcopum in Treverensi Urbe, & Agripinae Coloniae ordinari permittat. Gregorius in Regist. lib. 2. Epist. 19. ubi mandat his verbis: Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, subscriptionibus omnium roborati, & dilectionis tua testimo- nio literarum ad nos sacrandus occurrat. Id tandem clarissime testatur lib. 6. Ind. 11. Epist. 30. ita ad Ioannem Subdiaconum scribens: Quanta Apostolica Se- d, Deo auctore, cunctis pralata esse constat Ecclesiis, am, & inter multiplices curas, & illas valde solli- citas, ubi ad conferuandam Antiflumen nostrum expe- gatur arbitrium.

2. Dicendum est igitur, cum post acceptum Spiritum Sanctum Apostoli in omnem terram ad Evangelium praedicandum missi fuissent: constituebant per singulas ciuitates Episcopos, qui, quasi modo geniti infantibus Christi Fidelibus, lac præberent, illorumque regerent, atque gubernarent. Verum iis Episcopis, qui immediate ab Apostolis creati fuerant, vita functis, deinceps ius, consuetudine eligendorum Episcoporum Iure diuino devoluta est ad Summum Pontificem, qui totius Christiana Republica & Ecclesiae clavum tenet: At vero fera Imperatorum saeviente tunc persequitione, locorum vrgente distinta, Summis Pontificibus inter anta, & specus latitantibus, singulorum electiones Episcoporum à Summo Pontifice fieri haud facile, tutoque permettebantur: ideo Summus Pontifex huiusmodi electionis facultatem, Clero, Populo, propinquis item Episcopis relinquebat, atque perinde ac si à se ipso peracte fuissent, approbat. Et hæc omnia docent communiter Authores Catholicæ, quorum nomina possemus hic usque ad satietatem adducere.

RESOL. II.

De modo olim eligendi Episcopos. Ex part. 10. tract. 1. Ref. etiam 2.

§. 1. **D**efuncto Episcopo alicuius Ecclesiae, admonebatur Metropolitanus, ut Visitatorum Episcopum aliquem ex suis Suffraganeis mitteter, qui futura electioni praæset; Populum & Clericum contocareret, horraretur, & doceret, quid in electione obseruandum. Vocabatur autem non tantum Cleris Ecclesiae Matricis, sed etiam aliarum ciuitatis Parociarum, inquit & aliquando ex aliis Ecclesiis extra ciuitatem: Itemque de Monasteriis quidam seligebantur. Post omnium vota, & suffragia perquisita, componebatur Decretum electionis, quod communis omnium subscriptionum roboratum ad Metropolitanum mittebatur, à quo & confirmatione, consecratio, sive benedictio ordinandi postulanda erat; qui postea in formam electionis, & electi personam sedulò inquirebat; & eam demum confirmabat. Deinde in praesentia, tam eligentium, quam Epicoporum Comprouincialium, examinabatur. Quidam idoneus repetiebatur; ante consecrationem Metropolitanum suo, professionem tradere tenebatur, quæ fidei sua declarationem, & subjectionem,